

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri**

**Baptista <Mantuanus>**

**Argentinae, 28. 8. 1501**

**VD16 -S7317**

Parthenices Primæ Liber secundus fœliciter incipit

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](#)

## PARTHENICES PRIMAE

Parthenices Primæ Liber secundus  
foeliciter incipit.

Anxia responso Genitrix in tecta redibat  
Multæ mouens animo: nec .ii. suæ Natæ

Visa satis Legi: priscisq; accommoda Patrum  
Ritibus: in vacuos etenim partuq; carentes  
Expertesq; toros sobolis. Superosq; Deumq;  
Irasci tunc fama fuit: dirumque minari  
Suppliciū in steriles uteros: m'lo ante Maritū.  
Non aliā ob causam passum conuicia norat:  
Submotūq; procul templo: spectantibus ipsis  
Ciubus: & tristē casum miserantibus ultro:

Anxia responso. In hoc secundo Parthenices libro Poëta tra  
ctat nupcias Diue Marie & Ioseph. Primoque inducit matrē  
Annam sollicitā & anxiā de responso filiē: cui propositum fue  
rat celibem ducere vitam: quæ res nec legi: nec ritibus hoc est  
ceremonijs quadrabat: quoniā sterilitas vicio dabatur: repul  
samq; passus fuerat a sacerdote Ioakinus pater Parthenices ob  
sterilitatem: cuius meminit: canens ea quæ ob eam notam p'ra  
pessus. & quo pacto fame restitutus post Annę uxoris concep  
tum. Inde ad desponsacionem Marię progreditur. Tum conce  
pcionem salvatoris tractat: consiliq; mutationē quo Ioseph  
statuerat Mariam relinquere. Anxia responso: hoc est solici  
te in tecta redibat genitrix Anna. Multæ mouens animo q'aan  
xia: nec enim sententia nate filiē quadrabat legi & antiquis ri  
tibus: in steriles enim Deū & Superos irasci fama fuit. Multo  
ante maritum: Ioakinum. Non aliā ob caufam passum conui  
cia id est iniurias: norat id est nouerat.

Summotum quē procul. Longe templo: spectantibus ipsis  
Exaggeratio contumelij videntibus ciuibus: & miseratiibus  
Miseratur. Miseratur is qui aliena queritur incommoda. Miseretur is qui  
Misertur. miserum subleuat. Virg. Turni sortem miserantur iniquam. Virgil's  
Antiqui Misero: as usurparunt teste Nonio. Nonius

Namq; Vir ardentes votum positurus ad aras  
Ante habitam prolem: dū se in secreta tulisset  
Templa: Sacerdotum strepitu discedere sacro

## LIBER . II. FOL. XXXV.

Ex Adyto iussus fuerat: turpemq; repulsam

Passus:& hoc patriam fugiens ob dedecus urbē

Nanq; vir ardentes. Dum munus offerret sacerdoti & se in  
secreta tulisset templo hoc ē in Adytum. Adytum secretor lo Adytum:  
cus templi: ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus Vir.  
Is q; Adytis hæc tristia dicta reportat. Et dicitur ab ḥ & δύω  
ingredior: non autem ab eo is / ut Imperiti somniant. Turpē  
q; repulsam passus Qui honores petebant/nec assequebātur. Repusam  
repulsam pati veteres dixerat. pati.

Rus coluit: pluresq; latens inglorius annos

Duxerat in luctu tristem sine coniuge vitam.

Rus coluit. Fugiens urbem ob id dedecus: rus diuertit. Ali  
quamdiu ibi laritans conspectumq; populi fugit. Duxerat in  
luctu: tristem sine coniuge vitam.

Sicut ubi amissio thalami consorte per agros

Sola volat turtur hitidis neq; potat in undis:

Ne comitis prisci tristetur imagine visa:

Nec viridi post hac fertur considere truncō.

Sicut ubi amissio. Turturem celibem permanere dicunt sem  
perq; solam volare post amissum coniugem. Pli.in.x. Vere  
turtuem occultari pennasq; ammittere scribit.

Sed miseram diuina Senis clementia sortem

Prospiciens : Annaeç preces & dona gementis

Sed miseram &c. Ob preces Annæ & dona: angelus mittitur  
ad Ioakinum maritum: annuncians sibi futuram sobolem.

Misit olympiaca celerem de sede ministrum:

Qui dedit hæc mandata viro . tua tecta reuise,

Misit olympiaca. Propter altitudinem Olympi montis Poe  
tæ montis nomen pro. caelo ponunt.

Consortem solare ægram mœstosq; Penates:

Anna tibi lætos partus : prolemq; datura est

Foemineam : magno sanctæ dabis omne Nati

Fatidicum ductumq; maris de sidere nomen

Et Mariam dices. Annae mandata minister

Attulit hæc eadem ; mirantiq; insuper addit

F ij.

## PARTHENICES PRIMAE

Hos monitus. Limen notæ pete concita portæ  
Qua tibi rus itur : sacris hic mane peractis  
Obuius occurret Cōiunx. Gressu illa citato  
Venit ad Vrbanae que dicitur Aurea portæ  
Limen & offendit redeuntem rure Maritum.  
Illic suscepti hospicio communis amici  
Amplexu : longisc̄p una sermonibus illam  
Consumpsere diem : & certi de prole futura  
Mane suos peciere lares : gauisa reuersum  
Tota domus largo dominum suscepit honore.

Consortem solare ægrā id est Annam mœstam Mœstos id ē  
tristesc̄p Penates.

### Penates

Penates Dij fuere e Samothracia aduecti a Dardano Tro-  
iam & ab Aenea e Troia Roman: ut Varro scribit. Macrobii  
scribit Nigidium & Labeonem scripsisse Apollinem & Ne-  
ptunum esse deos Penates. Dionysius scribit Penates fuisse  
Deos Rom: quorum duo simulacra ænea tenebant hastas.  
Syllius eos videtur significare Penates esse: quos nobis spon-  
te delegimus colendos/ ultra numina maiora. Vnde Scipio  
apud Syllium. Tarpeia pater qui templa secūdam Incolis a cœ-  
lo sedem id est Iupiter & Saturnus id est Iuno: nondum Iliacis  
mutata malis: tuq; aspera pectus Aegide gorgoneos virgo suc-  
cincta furores id est o Pallas Visque huc numina: tum sequitur  
Indigetes Indiget esque dei sponte inter numina nostra id est o Penates.

Anna tibi lētos. Nasceretur tibi filia: cui dabis fatidicum no-  
men ductum de sidere maris. Maria stella maris est.

Anne mandata minister/ angelus. Attulit hęc eadem/ quae Ioa-  
kino tulerat Mirā: tūc insuper addit pete concita id est velox.

Portę Auream designat portam.

Hæc igitur mœsto voluens sub pectore Mater  
Aegra fatigabat tacitis præcordia curis:  
Et gradiens tali secum sermone locuta est:

Hæc igitur mœsto voluēs sub pectore Mater. &c. Anna sub  
pectore voluebat ex Lege minime licere cœlibatum: & mente  
Marię a proposito vix posse dimoueri. Insup gradiens ea que  
sequuntur locuta est.

LIBFR. II. FOL. XXXVI.

O curæ o vani pro posteritate labores,  
O dolor o pietas infortunata Parentum,  
O studium infelix ubi res & tempus & ipsa  
Viscera, & exhaustas in solitudine mentes  
Triuimus: ut canis caput aspersere dolores.  
Linquimur: immemores demens incuria natos  
Separat a nobis: meritorum oblitera propago  
Non æquat curas: & non respondet amori.  
O curæ o vani pro posteritate &c. id est sobole labores. O Studium diligentia infelix. Conqueritur filios Parentibus eoꝝ  
qꝝ votis minime obtemperare: & Parentes deſtitui eoꝝ quos  
pcrearūt auxilio i ipsa senili etate cū magis filiorū officio egerūt  
Sed quid te fruſtra misera coquis Anna? q d ipsi  
Fecimus hoc patimur: Patres ut amauimus ipsi  
Sic nostrum nos semen amat: taxamur eodem  
Iudicio: sic fata ferunt: suspiria perdis,  
Iste modus rerum mundi productus abortu  
Transmetat ad gentem per ſæcula noſtra futuram.  
Siugulare potes: turgencia lumina fletu  
Exhaurire licet: ſed ferrea fata mouere  
Non potes: aerei pellant ſine carbasa venti.  
Sed quid te fruſtra misera coquis. id est angis: quod ipiſe  
cimus: filii patimur Patres. Ferrea fata: Immutabilis ordo pro  
uidencie diuine. Sine verbū eft.  
Quod dederit fortuna libens amplectere; littus  
Forſitan utilius quā tu tibi conſulet aura.  
Quod dederit fortuna libens amplectere &c Dei voluntas  
mutari nō pōt niſi ip̄e velit. Iuuinalis. Nil ergo optabūt hoies  
ſi cōſiliū viſ Permitteſ iſiſ expēdere numib⁹ qd Cōuēiat no  
biſ: rebusqꝫ ſit utile nřiſ: nā p iucundis aptiſſima qꝫ dabūt dīſ  
Conqueſtum Davida diu / Pueroqꝫ iacenti  
Produc peciſſe dies; auertere mortem  
Non valuifle ferunt. audit Deus omnia: preſtar

Fiiiij.

Iuuinalis

## PARTHENICES PRIMAE

Optima, mortales audent orare : quod optant.  
Opprime succensum studijs melioribus ignem;  
Nec sine supremas animi doloroccupet arces.

Dauid

Conquestū Dauida diu &c. Percussitq; Dōminus paruulū quem peperit uxor Vrię Dauid: & desperatus est. Deprecatus q; est Dauid Dōminū pro paruulo & ieiunauit Dauid ieiunio septimo autem die obijt infans : quo mortuo surrexit Dauid de terra & lotus unctusq; & veste murata adorauit ī domo Domini: postea petito pane cōmedit. Historia est in Regnorum se  
cundo. capite. xij. Dauida media longa. Audit deus oīa: prestat optima. Carior ē homo Deo q; sibi. Iuuenalī nos animo/ Iuuenalī rum. Impulsu & cæca magnaq; cupidine ducti. Coniugium petitum: partumq; uxorū: at illis. Notum qui pueri: qualisq; futura sit uxor. Opprime succensem studijs melioribus ignē. id est curam anxiam opprime virtutibus: nec sine arcem animi occupari dolore. Arx animi in capite est. ex Platonicorum sententia.

Talibus: ut fama est: curis demencia quosdam  
Cœpit: & in saltus atq; ī deserta ferarum  
Lustra tulit. Pater Aiace narrare solebat  
Insanum mactasse pecus dum quereret hostem:  
Et surias idem memini recitabat Orestis:

Talibus ut &c. Cura nimia dementes facit. ut est in fabulis  
quas pater narrare solebat. de Aiace & Oreste.

Ajax

Ajax. Telamonis filius ex Hesiona Laomedontis: ut Ho/ Homerū  
merus velle videtur Diodorus sīculus Eribiam Alchatī Athē  
nienīs filiam / matrem Aiacis dicit: qui vīctus iudicio armō  
rum ab Vlyssē contendebant enim post mortem Achillis de  
armis eius) Ajax in insaniam cōuersus: veniēs ad pascua Vlyssē  
oues & alia animalia occidit: æstimans se Vlyssē commili  
tones & Agamemnonis occidere: crudeliusq; in caprum quen  
dam quem Vlyssēm putauit: re tandem comperta gladio se ip  
sum interfecit. Inuenialis. Hic boue percussō mugire Agamem  
nona credit. exrat Tragedia Sophoclis Αστιγόφορος οί  
στ id est Ajax ferens flagellū: sumpto etenim flagello boues  
cedebat.

## LIBER .II FO. XXXVII.

Orestes. Agamemnonis filius ex Clytemnestra Aegisthum adulterum matris patriscq; intersectorem (quem a bello Troiano reuersum Aegisthus cum Clytemnestra interfecere) occidit cum iam septenio regnum Mycenarum tenuissent: intersecto etiam Pyrrho Achillii filio: qui Hermionem sibi despontam rapuerat: conscientia scelerum in furiam versus: videre sibi videbatur matrem se ardentibus facibus & serpentibus in sequentem ut Virgilius canit tandem auxilio Pyladis Straphin filij quo amico utebatur in Tauricam regionem deuenit ad templū Diane: ubi Iphigenia sacerdotio fungebatur. Mos autem erat hospites immolari: captus ergo Orestes a sorore cognoscitur: & ab insania purgatur: tū rapientes simulacrum Diana pertulerunt id ad Italiā ad nemus Aricinum: de quo aliib plura dicam.

Quem comes ad Scythicæ vexit delubra Diana

Scythicā Dianam dicit Chersonesus enim Taurica Scythicā dicitur ut est apud Strabonem. Quem comes ad Scythicæ id est Pylades vexit delubra Diana.

Magna quidem credo / quociens pugnat in agri  
Aduersæq; volant acies: in prelia surgit  
Tempestas: sed mens eciam cum nocte dieq;  
Sollicitis agitur stimulis / in pectore magnos  
Extollit strepitus: & grandi corda pauore  
Concutit. & recte tetrici dixere Parentes  
Quatuor aduersis miscentur ut æquora ventis  
Eoo Zephyro Libyo gelidoq; Aquilone,

Magna quidem credo. Comparat curam bellorum tempore stati: & affectus passionelq; animi ventis. Eoo / Zephyro / Libyo gelidoq; Aquilone. Quatuor his ventis comparat affectus Spei Metus Voluptatis & Doloris. Sicut. n. terræ & maria ventis turbantur/ ita affectibus his quatuor animus e sedet tranquilla deicitur & perturbatur.

Veteres quatuor seruauere ventos omnino ut Pli. auctor ē. nec Homerus plures nominat Aulus Gellius octo facit mentionem nec cum Pli. in nominibus conuenit. Plin. in quatuor coeli partibus octo nominat. Ab oriente equinoctiali Subsolanus qui græce Apelotes dicitur. Ab oriente brumali Vulturinus quem græci Eurum dicunt; a Plinio ponuntur. Ameridie

Orestes  
Clytemnestra  
Aegisthus

Iphigenie

Virgil's

Strabo

Plinius  
Homerus  
Gellius

Venti quatuor.



## PARTHENICES PRIMAE

**Notus** Austrum ponit quem Græci Notum dicunt. Tum Aphroditem qui Libs dicitur. Ab occasu Aequinoctiali Fauonius: qui græce Zephyrus. Ab occasu vero Solsticiali Corus quem Virg Caurum dicit Græci Argesten. A septentrionibus est Septentrio: interc eum & exortum solsticiale Aquilo. Septentrio Aparctias dicitur: Aquilo Boreas. Numerosior ratio quatuor ijs interiecerat. Træsam inter Sepentrionem & Coronum Secundū Ceriam inter Aquilonem & Subsolanum. Tercium Phœnica: quem nostri Euronotum dicunt: medium inter Eurum & Notum Quartum Libonotum inter Africum & Austrum medium. Sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus venti: non ultra certum procedentes tractum. Ut Scyron Atheniensium: a Scyronis petris Circius Gallie Narbonei. Sunt etiam certis anni temporibus flantes Etelis.

**Cicero**  
Motus qui fiunt in appetitu sine ratione: Cicero perturbations appellat rectius quam reliqui Philosophi: qui passiones eas nuncupant: cum passio etiam de non viciolis motibus dicatur. Est autem perturbacio ut Stoici diffiniunt: irrationabilis ac preter naturam animi motus: sine appeticio habudans.

Sunt autem genera perturbationum in summa quatuor. Dolor: Metus: Concupiscencia & Voluptas. Dicunt autem Stoici perturbaciones opiniones esse. Vnde Dolorem diffiniunt opinionem recentem mali presentis: in quo demitti contrahitur animo rectum esse videatur. Vnde & dolorem quidem irrationabilem animi contractionem esse. Eius autem species. Misericordiam: Inuidiam: Aemulacionem: Zelotypiam: Angoram: Conturbationem: Tristiciam: Merorem: Confusionem.

**Timor** Timorem autem esse mortuum impendetis mali Referunt ad timorem ista. Mœtum: Pigriciam: Pudorem: Terrorem: Anxiatem: Tumultumque. Concupiscenciam autem dicunt Stoici esse irrationabilem appetitum: Alij libidinem dicunt. Ad quam referuntur. Indigencia: Odium: Contencio: Ira: Amor: Iracundia: Ex candescencia. Ceterum Voluptas est irrationabilis eius rei appetitus que videtur expetenda: quam leticiam gestitem dicunt. Partes eius sunt. Delectacio: Insultacio: Oblectacio: & Effusio. Esse autem & bonas Affectiones tres dicit: Gaudium: Caucionem: & Voluntatem. Esse vero Gaudium placidum & constans contrarium dolori: rationabilemque voluptatem: Caucionem vero malorum declinacionem cum ratione timori contrariam: que est declinacio sine ratione. Nam meum est nunquam sapientem sed cauere. Cupiditati voluntatem co-

**Concupis-  
cencia.**

**Voluptas** Ex candescencia. Ceterum Voluptas est irrationabilis eius rei appetitus que videtur expetenda: quam leticiam gestitem dicunt. Partes eius sunt. Delectacio: Insultacio: Oblectacio: & Effusio. Esse autem & bonas Affectiones tres dicit: Gaudium: Caucionem: & Voluntatem. Esse vero Gaudium placidum & constans contrarium dolori: rationabilemque voluptatem: Caucionem vero malorum declinacionem cum ratione timori contrariam: que est declinacio sine ratione. Nam meum est nunquam sapientem sed cauere. Cupiditati voluntatem co-

**Gaudiū**

**Caucio**



MAE  
Tum Apid.  
ali Facies;  
ali Coros;  
rionibus; do  
quale Seps  
nerior na  
nonem d Co  
Solum. Tr  
medium in  
ter Abra  
dines quib  
er trahim Vi  
us Galle Ne  
es End.  
ero penitio  
hi qui pello  
suis mactis  
unc: irato  
cato: hancis  
quaque. Do  
am autem  
am cunctis  
am quidem in  
em spes. P  
gum. Aeg  
Confidem  
Referunt  
egeum. Am  
dicant San  
m. Adip  
Anat. Liss  
obstantis  
cum glio  
no. Chalc  
es dicit Ge  
utrum pli  
ing. rotu  
in circu  
Nimna  
concentr  
LIBER .II FOL XXX.VIII.

trariam dicunt quae sit appeticio rationabilis boni absentis: & Voluntas,  
hanc in solo sapiente inueniri senciunt: presentis autem mali  
Affectio nulla est in sapiente. Hæc igitur bonæ sunt affectiones  
tres & cum ratione: due in bonis scilicet Gaudium: & Voluntas.  
Vna scilicet Caucio in malis. Laercius auctor. Tullius in  
Tusculanis questionibus.

Laercius.

Cicer.

Sic totidem nostras ingenti turbine mentes  
Subuertit furij: pectusq; in prælia mittit.  
Spes leuat: arrestos metus alto a vertice fluctus  
Dejicit: hinc animū pulsat furibunda voluptas;  
Inde dolor. fluctus ceu fracti fluctibus altum  
Clamorē ingeminat: piceis abscondita nymbis:  
Nec radios fundit racio nec vela gubernat.

Syllius

Hesiodus

Plato  
Virgil.

Sic totidem nostras ingenti turbine mentes. Subuertit fu  
rij: perturbationibus furij similes sunt. Vnde & a Sylio apud  
inferos locantur sicut & furij: qua Noctis & Erebi filii dicun  
tur Tisiphone Alejo: & Megera. Hesiodo autem.

Pectusq; in prelia mittit. Pars enim animi Irascibilis in pe  
ctoro seu in corde Platone auctore ponitur. Virg. Ille regit di  
ctis animos & pectora mulcat.

Spes leuat arrestos. Concupiscenciam dicit: metus alto. Ti  
mor: furibunda: voluptas id est leticia gestiens. Inde dolor.  
Opinio mali presentis fluctus ceu fracti fluctibus altum. Cla  
morem in germinat: piceis: nigris obscuris nymbis pluuijs.  
Nec radios fundit racio. Translacio a radijs solis: nec vela gu  
bernat. Translacio a nautis.

Felices quicumq; istis a Syrtibus altam  
Visuri pacem loca sunt in tuta recepti.  
Nam necq; mens ullā secus est habitura quiete:  
Nec lætos sensura dies nec dulcia fæcla.

Felices quicunq; Syrtes perturbaciones appellat. Due sūt  
Syrtes i Libya. Minor quam Lotophagin vocant. Huius Syrtes  
sinus ambitus est mille & sexcentorum fere stadiorum: oris la  
titudo sexcentorum. Iuxta utrumq; promontorium: quæ os

## PARTHENICES PRIMAE

efficiunt. Insulæ adhaerescunt continenti. Cercinna & Meninx magnitudine equales. Maior vero Syrtis nongetorum & triginta stadiorum ambitum habet. Diametrum in recessum milie & quingentorum: quanta fere est oris latitudo. Strabo auctor. Solinus. Inter Syrites quamuis terra pergentibus iter si deribus destinatur: nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat: & minimo licet vento tantam diuersitatem flatus efficit: ut subinde peruersis Syrtibus locorum nulla indicia agnitioni relinquantur: cum modo quæ fuerant tumulis ardua: in valles residunt: modo quæ vallibus pressa: cœtu pulueris aggerantur. Vt rēq; Syrites ducentis quinquaginta milibüs passuum separantur. Solinus. P eas Cato philosophus mite Cæsar's Imperium fugit ut canit Lucanus. Beatos igitur ac felices Poeta noster dicit: eos qui his carent perturbatis onibus: & recepti in tuta loca procul ab his Syrtibus. Nā neq; mens ullam: secus alter alioq; modo est habitura quietem: trā quillitatem: nec letos id est iucundos sensura dies nec dulcia secla: hoc est etatem placidam.

Propterea quid te miserā coquis Anna? dolores  
Et tristem dedisce metum: natura repugnat  
Moribus his, monstrare viæ compendia possunt  
Languentes gelidiq; senes: at scandere montem  
Sole sub ardenti viridis male sustinet ætas.

De virtute loqui minimum: virtutibus uti

Miseri. Propterea quid te miseram. Miseri sunt qui perturbationibus quaeruntur eisq; manus prebent. Et tristem dedisce metū qui tristes facit. natura repugnat. Moribus his / ego intelli go naturam virtutis repugnare moribus. Monstrare viæ compendia possunt. Senes viam ad virtutes monstrant. At scandere montem. Sole sub ardenti viridis id est iuuenis ætas male id est egre sustinet valida est apicem ascendere. De virtute loqui Iuuenialis De virtute locuti Clunem agitant. multi ad virtutem exhortantur alios: qui libidinose viuunt. De virtute loqui minimū supple est.

Iuuenal. Hoc Sansonis opus, tamem assuetudine longa  
Affiduiq; operis tractu formatur & in se  
Virtutem natura trahit; præludia multa

Solinus

Idem  
Lucanus;

Iuuenal.

LIBER .I. FO. XXXIX

Egregias artes pariunt. In pace togæq;  
Bella diu miles discit: mox obuiat hosti  
Impiger: & firmum parat ad certamina pectus.  
Sæpius a placitis mens est arcenda diuq;  
Seruicio duranda graui: nam prona sequaxq;  
In peioraruit nisi lora retraxerit usus:  
Ast ubi iam legis paciens assuetaq;  
Sæplicis vñclis  
Sætori patere potest quo iusslerit ibit.  
Tunc ubi tempus erit casu cum tristis acerbo  
Sors aderit: fert æquales rationis habenas  
Ante negat velut indomita ceruice iuuencus:  
Aut velocis equi soboles animosa / priusquam  
Imposito scierit gressum glomerare magistro.  
Ars ubi possessam mentem complexa subegit  
Quo virtus quo sancta vocant oracula vertet.  
Nam necq; tuc labor est duros tolerare labores.

Hoc Sanfonis opus id est hominis animosi & fortis. Ta  
men assuetudine longa. Cōsuetudo bonaq; operacionis: tūar  
tes egregie preludia pariūt naturāq; formant ad virtutes. In  
pace togæq;/ Romani in pace togis utebantur. Vnde pro pace  
toga ponitur. Cicero. Cedant arma tote.

Toga.

Quid si Nata virum refugit: si nulla nepotum  
Posteritas: quid nostra iuuat post fata nepotes?  
Iusticiam coluisse sat est nullius egebis  
Subsidio defuncta pios si vixeris annos.  
Sæpius in natis sæuum pater educat hostem  
Cumq; suo ignorans imperfectore iocatur.  
Sæpe sibi lachrymas sperant dū gaudia matres:  
Atq; suæ pascunt ventura opprobria genti.

Quid si nata virū. Maria refugit: si nulla nepotū posteritas,  
Nihil nos iuuare posteritatē dicit cū qscq; suū onus portabit.  
Propterea vanos hoīm noua fabula mores

Cicero

MAE

a & Me

rum b.

reliqui

Scro

mbini et

in partim

discreti

et mali

et rati

Toga.

PARTHENICES · PRIAME

Exprimit: hoc pelagus Galilea qd abluit arua  
Extimuisse ferunt: olim cum vidit in orbes  
Nubila conuolui: volitare per aera montes  
Credidit: at postqm largius de rubibus imber  
Depluit unde prius damnū interitūqz timebat  
Incremata tulit: fusa procul æquoris unda.  
Fallitur in dubijs hoīm solertia rebus:  
Corda nec euentus capiunt humana futuros.

Propterea vanos &c. Fabulā dicit. Galileū mare cū nubiū col  
lectionē videret/ credidit mōtes in aere volui: timēcū monciū  
casum: pauescebat credēs interitū minari nubes. Hīj autē in plu  
usam resoluti: mari incrementū p̄stiter. Sic fallitur homini so  
lertia in dubijs rebus: nec futuros euentus humana mens cape  
re potest.

Id quoqz non nunqm mentes solatur amaras  
Quod durare nihil patitur fortuna: vicesqz  
Mobilis alternat: ventoqz similima proram  
Nūc p̄mit a puppi placida mō murmurat aura.  
Forsan & hos luctus minus importuna sequent  
Tempora: felices iterum Deus afferet annos.

Id quoqz nō nunqm. i. fortunā dicit solari dolentes: eo quod  
nihil patitur cōsistere: sed oīm mutat vices: sicut vētus nuna  
prorā: nūc puppim premit. Forsan & hos luctus Anne: Impor  
tuna: nō opinata tpa felices iterum Deus afferet annos.

Talia voluenti paruæ iam Nazareth arces  
Apparent: nigro rutilans surgebat ab ortu  
Vesper: & ingenti phœbum demiserat umbra  
Carmeli sublimis apex: in mœnia mater  
Nazareth: & fessis intrat sua limina plantis.

Talia voluenti. Cogitati. Paruæ iā Nazareth: locus in q alii  
tus est Iesus dñs noster. Nigro rutilans surgebat ab ortu Vesp.  
Hesper: stellā designat: quæ solis in occasu rutilans surgere so  
let. Et in genti: i. sublimis altus apex Carmeli mōtis demiserat  
Phœbū. i. solē ingenti ymbra magna obscuritate. In mœnia

LIBER I. FOL XL.

Mater Nazareth & fessis intrat sua. I. plantis.

Carmelus Mons est Syrie inter Acam (que hodie Ptholemais dicitur) & turre Seratonis ut Strabo auctor est.

Vt pater accepit charae noua nuncia Natæ  
In moerore diu iacuit : curisque sepultus  
Impexi capitis canos squallere situmque  
Ducere : & a mento tristem concrescere barbam  
Sustinuit : nec enim potuit cohibere querelas :  
Parcere nec lachrymis nec dissimulare dolorem ,  
Crebra diu mœstum traxit suspiria pectus .  
Et iacuit ceu truncus iners : & inutilis arbor  
Frondibus ammissis sine terræ fertilis imbre .

Vt pater accepit, Ioakinus cognita voluntate. Prerthenices in  
merore incidit atque luctu describit igitur Poeta cōdiciōes mœ  
sti ac lugentis cūaride arboris compatione.

Noua nuncia Natæ. Filie mente nunciatæ ab Anna coniuge  
& dicit Nuncia neutro genere contra Lauræci Vallæ opinione  
Tibullus Diui vera monet venture nuncia sortis Lucretius.  
Et ad calidum decurrunt nuncia sensum. In merore diu iacuit: in  
tristitia: curisque sepultus. i. obrutus & oppressus. Impexi ca  
pitis canos crines: squalere. i. deturpari: situmque durcere. Situs la  
nugo parietibus adherens: & quidam mucor in uultu senum/utrum  
que negligècia contingens. Sustinuit: passus est. nec enim po  
tuit cohibere querelas: Parcere ne lachrymis: nec. d. dolorem.

Res tandem prolata palam peruenit ad ipsas  
Sacerorum & templi doctas Antistitis aures :  
Quem penes arbitrium nodos aperire latentes,  
Iuris & obscuros Legum dissoluere casus :  
Ipsius imperijs altam concendit in arcem  
Concilium: venere Senes ænigmata Legum  
Rimari soliti / & dubijs responsa parati  
Reddere: iamque ultro multum / citroque locuti

Nuncia

Situs

Tibullus  
Lucretius

## PARTHENICES

## PRIMAE

Cum certi nihil afferrent: iamq; humida noctis  
 Tempora suaderent sacros dimittere Patres;  
 Querendum quę sit coeli sentencia tandem  
 Cōmuni sanxere prece: & solennia templo  
 Sacra dari: & dubijs orari Numinia rebus.  
 Atq; ita sedato res est certamine visa  
 Iudice digna Deo: quādo est nō reddere magnū  
 Vota nephas: violare piam res impia Le gem  
 Interea sumptis Diuorum Nuncius alis  
 Parthenicen adiens placidis ita vocibus infit.

Res tandem prolati palam. Dicit rem peruenisse ad suūmum  
 Pontificem: ad quem in dubijs recursus ex Lege habebatur: &  
 quia lex sterilitatē damnabat: quæ Marie virgini nupcias im-  
 ponebat. Ipsa autem se voto castimoniæ astrinxerat. Votū au-  
 tem Lex stabile esse voluit. necesse erat rem deferri ad Pontifi-  
 cem & Seniores: apud q; Legis arbitrium & interpretatio re-  
 sidebat: peruenit ad ipsas Sacrorum & templi doct. Antif. au.  
 Q uem penes arbitriū: iudicium: nod. ap. latentes nodos du-  
 bia. perplexitates. Latentes obscuros. Iuris / Legis & instituto-  
 rum & ob. legum. dubios. Dissoluere: aperire casus. Ipsius im-  
 perjū mandatis Pontificis. Conciliū confundit in altam arcē  
 in templum. Instar enim arcis templū conditum fuit in mon-  
 te Syon. Venere senes Aenigmata id est dubia obscura. Aenig-  
 ma cum diphthongo. æ & i latine scribi debet: & est proprie ob-  
 scura locutio ḥ πο τοτ̄ ḥ πι τολωι quod ē obscure loquor  
 Rimari soliti: & d. r. p. reddere: iamq; ultro multum citroq;  
 I. hoc est in ambas partes.

## Aenigma

Alæ.  
Talaria.

Iamq; humida: noctis temp. Usq; ad noctem cōsultuisse ostē  
 dit: tandem deuenisse ad hoc: ut precibus diuinum oraculum  
 consulenter quādo id est. Ex quo/magnū nephas est non red-  
 dere votum: & impium est legem violare. Interea/tempore  
 medio. Poeta angeli de celo missum ad Parthenicen frigit: q  
 eam in proposito confirmat castitatis: ostendens bona quę ca-  
 stitatem consequuntur. Sumptis diuorum nuncius alis.  
 Alæ diuorum pro talarib; ponuntur. Virg. de Mercurio. pe Virgil.  
 dibusq; talaria necit.  
 Nympha puellarum ccelo gratissima salue:

LIBER .II. FOL. XLI.

Cuius apud Superos iam pridē cognita virtus  
Floret: & in nostros crescit ventura Penates.

Nympha puellarum. Oratio Angeli ad Parthenicem consir  
mans eam in proposito: tum remuneracionem promittens eti  
am his qui similī proposito castitatis vixerint Cœlo gratissi  
ma Deum genitura. Cuius apud superos id est apud Deum Pa  
trem Filii & Sp̄ritum sanctum: siue apud angelicos sp̄ritus.  
Iam pridem cognita/perspecta virtus floret Et in nostros cre  
scit ventura Penates/Hoc est in coelestes choros deueniēs. An  
gelos Penates appellat: quorum chorū Mariæ auxilio p huma  
num genus restaurati sunt.

Ne trepida: tua vota Pater firmauit & auxit:

Nulla tuum Venus est unq̄ visura cubile:

Virginitas æterna tibi concessa volente

Confessu toto Superz, tibi gloria Vestæ

Et Triuiae debetur honos: inuicta sequentur

Virginei tua signa chori: quos more Dianæ

Nunc pede nūc iaculo nūc exercebis & arcu.

Ne trepida: ne timeas: tua vo: P. firmauit: stabiliuit & auxit  
quia eciam paries: & post partum virgo permanebis. Nulla tu  
um Venus. id est concubitus viri expers eris Virginitas eter  
na/perpetua pudicicia tum corporis tum mentis concessa tibi  
volente Deo Auctore Deo Confessu: consilio seu consensu to  
to frequēti. Tibi gloria Vestæ. Vestæ & Dianam castas voluit  
antiquitas. Vesta Saturni & Rheę filia Diodoro teste. Plutar  
chus ab hac Dea virgines Vestales appellat quarum sacerdo  
cium perpetuum ignem turbatur: uti pura & incorrupta ignis  
substantia: integris inuolatissimis corporibus custodiretur. His  
autem virginibus annorum triginta castitas prescripta est. Ac  
primum quidem decennium quae facienda sunt discunt. Secundum  
vero quae didicere faciunt. Tercio decennio hæ alias do  
cent. Tum demum post id tempus permittitur volenti & nu  
bere & ad aliam vitā verti: sacerdocios solui. Et triuiae debe  
tur &c. Triuia Diana est ab eo dicta Triuia eo quod in triuio  
ponitur fere in opidis Græcis. Vel quod Luna dicitur esse: quae  
in cœlo tribus vijs mouetur in altitudinem & latitudinem &  
longitudinem. Varro Auctor.

Inuicta sequentur tua signa. Vexilla teducem inuictam: q̄s

Vesta.

Triuia

G i

Ms Cōsen  
su

Diodor.  
Plutarch.

us

Varro

## PARTHENICES II. PRIMAE

Diana:

more Diana nunc pede: nunc faculo. Dea venacionum Diana est: quam virginis chori sequuntur ut Poetis placet. Dicit Parthenice veram Dianam & pudicissimam securam multa virginum milia: utpote Ursulam cum sodalibus: reliquasque innumeras quas Christi religio colit veneraturque.

**Ursula virginis Dux & Regina cohortis**  
**Hoc explebit opus: tandemque in sidera magnū**  
**Agmen aget celebrem referēs ex orbe triumphū**  
**Thethys occiduę populi littusque Britannum:**

Britania

Ursula virginis Dux. Manet in translacione: virginum multitudinem cohortem appellans. Hoc explebit opus castitatis: tandemque in si ad caelos magnum Agmen: exercitum. celebre. ex or. triumphum. Thethys occiduę. ex occidente Insula. Britania insula est occidentis Auctore, Strabone: forma eius triangula est. Eius latus vbi ad longitudinem maximum est: Gallie e regione opponitur. Quatuor interualla sunt quibus ex continentia assidue in Insulam utuntur: quae ab egressibus amnium extant: Rheni videlicet ac Sequane Legerisque & Garonne. Illis autem qui vicina loca tenent ascenſuris ex confinibus Menapiorum Marinis enauigacio est. Quibus promotorum Icium vicinum est: quo nauali usus est Diuus Cæsar. Britania hodie Anglia diciſt a populis Germanis Suevis Anglis: quoniam Saxones qui ex Suevis Anglis sunt eam aliquā occuparunt. Incole in Galliam transmigrarunt: a quibus inter Armoricas ciuitates Britaniā dicimus Grece Albion diciatur Anglia Ptolomeo teste.

Littus  
Thethys

Littusque Britannum. Littus quod fluctu eliditur Cicero in topicis. Tethys uxor Oceani & soror ex Cœlo & Terra sue Titia'matre Diodoro teste Virgilio. Teque sibi generum Thethys emat omnibus undis.

**Et gelidi faciles pugnas gens accola Rheni**  
**Dulciaque arrecto cernet spectacula vultu:**

Et gelidi faciles gens accola: gelidi id est frigidus Rheni certet videbit faciles pugnas: virginis ludos. Significat Ursulam (ut in eius historia legitur) varios exercuisse ludos per triennium antequam Romanum tenderet inspectantibus populis: Rheni accolis: nam Basileam usque per Rhenum ascenderunt.

Strabo

Plinius

Luzanus

Philemon

us

Ciceron

Diodorus

Virgil

Si historię creditus. Rhenus flu. oritur in monte Adua: hic Rhenus  
Alpium pars est. A quo Aduas fluuius in contrarium fluit ad Aduas  
interiorum Galliam: locum implens Larium: cui proximum  
conditum est Comum: habitant vicina capitii Leuponcij ex Al-  
pinis & Rhetis minoribus: tum Elueci iuxta quos in paludes  
lacumq; magnum diffunditur: quem Rheti & Vindelicī pro-  
pius attingunt. Post Eluecios Sequani: & ex his Raurici q; ho-  
die Basilienses dicuntur: deinde Mediomatici. In quibus Tri-  
bocci nacione Germani: reliquo natali solo Rhenoq; traecto  
sedes posuerunt. Post Mediomaticos & Triboccos Trius-  
gri Rheno adiacent: loca hæc trans Rhenum incolebant Vbj: Leupōcij:  
quos ad interiorē ripam traduxit M. Agrippa nec inuitos q;  
dem. Contigui his Neruj Neuissimi: ad utramq; ripam habi- Eluecij  
tant Menapj. Secundum istos Sicambri: omes hi populi ho- Sequani  
die Germani sunt: quorum linguarum differencias sex cogni- Basilicēs  
tas habemus: totq; habitus & morum varietates ab iþius Rhe- Raurici  
ni ortu usque in eius emissiones. Superiora Strabonis sunt. Medioma-  
Addo Vosagum montem cuius Pli meminit & Lucanus: & trici:  
Mosam flu. hodie Gallos & Germanos superare. Tribocci

Vosagus

Mosa

Strabo  
Plinius  
Lucanus:

Laus igit te magna manet: rude vulgus & ipso  
Iura Sacerdotes non intellecta fatigant:  
Et Deus ingratis atra caligine mentes  
Tardat: & in poenam scelerum deludit inani  
Corda metu: rident Superi ceu grandior æuo  
Securusq; animi iuuenis si pectora quando  
Infantum obscuræ trepidant formidine noctis.

Apollonio:

Virgil

Laus igitur te magna manet id est expectat: rude vulgus  
& ipsos etiam sacerdotes. Iura non intellecta id est legis obscu-  
ritas fatigant ad lassitudinem deducunt. Virgi. Quos nulla  
fatigant prælia.

Et deus ingratis atra id est obscura: cal. m. Tardat Impedit  
Ingrati qui legem minime seruant: & in poenam scelerum deli-  
ctorum deludit decipit. Corda inani metu id est timore super-  
vacuo. Rident superi celestes: ceu grandior euo id est senior. Se-  
curusq; animo iuuenis: si pectora infantum puerorum quan-  
do id est aliquando trepidant timent formidine obscuræ no-  
ctis nigre.

G ij

## PARTHENICES PRIMAE

Ipse adero: nam veni huius certaminis ergo.

Ergo pro  
ea causa

Angelus loquitur. veni huius certaminis: contencionis ergo id est ea causa Virgi. sexto Aeneidos Illius ergo venimus & magnos Erebi transnauimus amnes. Virgilius.

Lex ea, quæ fieri matres & nubere cogit  
Lata est: cū pauper veniens ad templum senatus  
Paruaq; plebs humiles sacrum ponebat ad aras.

Lex ea: quæ fieri. m. & n. cogit. Interpretatur Legem nubendi: dicens eam latam dum populus modicus esset: iam quia auctus est ultra numerum stellarum iuxta promissionem Patribus factam: præstancius est castitati tribuere locum.

Ara.

Cum pauper veniens ad t. senat. Paruaq; plebs / modica. ponebat sacrum id est hostias ad humiles aras. Ara pro altari cū vñico r scribitur & ab Ansa mutatis litteris deducitur. Autore Varrone & Macrobi. Hara cum aspiracione auis est genus Varius. Vnde Haruspex & Hariolus: neq; ab ara deriuantur cum Ara habeat longum A Haruspex breue. Virgilius octauo Aenei. retinet longeius Haruspex.

Hara

Postquam magna viri creuit fortuna. Tribusq;  
Vix duodena solo capitur: seruare pudorem  
Et thalamum nescire fuit prestancius: ergo  
Eliades errasse putant: iam secula postquam  
Expertes Veneris degunt bisquina propinquat:

Eliades  
Elias

Postq; magna virum pro viror: creuit fortuna Tribusq; duodena. Dodecim Tribus fuere ex filiis Iacob qui in Aegypto multiplicati Mose Duce in Phoeniciæ Palestinam migrarunt. seruare pudorem: pudiciciam & thalamum nescire id est ignorare nupcias. Ergo Eliades a propheta Elia dicti: & debet scribi sine aspiracione ut est apud Hebreos. errasse putant: q; si: d. minime errauerunt qui castitatem seruarunt iam secula postq; Expertes Veneris/ignorant. coitum degunt: vitâ agut bisquina id est decem secula hoc est anni Mille. Eliam Thelbiten prophetam Poeta uult primum castitate claruisse: qui sub Achab pessimo Rege Israel propherare incepit: a quo vique ad Christi Iesu nativitatem quasi anni Mille suppulantur.  
Hi populis exemplar erant ne crederet ullus

LIBER .II. FOL. XLIII.

Esse nefas syncerum esse & dediscere tædas.  
Tu tamen es tradenda viro : qui frigidus annis  
Atq; tui consors voti custosq; pudoris  
Non inuasor erit. tacita nos arte mouemus  
Corda hoīm: non tot singunt se Protea quondam  
Immutasse modis : nec tot variasse figuræ :

Hi populis exemplar. Eli sequaces: ne crederet estimaret es-  
se nephias id est impium: esse Syncerem id est purum & dedi-  
cere tædas id est nupcias.

Tu tamen es tradenda viro id est nubes: qui frigidus annis  
id est senio confessus. Atq; tui consors voti: custosq; pudoris:  
Iosephum designat. tacita nos arte id ē occulta arte mouemus  
Angeli. Corda hoīm: non tot sing. se Protea. q. immutasse va-  
riasse.

Proteus fuit Oceanus & Tethys filius. Pallene Thessalique pa-  
triam habuit: regnauit in Carpacho Insula. Tum etiam apud Proteus  
Aegyptios auctore Hesiodo. Diodo scribit Proteus ab Aegyp-  
tis Cœrea dictum: fuisseq; bellum Troiani temporibus: tradunt  
q; eum fuisse arcium peritum: in variis se formas vertere soli-  
tum: ut nunc animal quandoq; arbor: aut ignis: aut qd aliud  
videretur. meminisse eius Herodotus. Syllius Capreas insulas  
Campanie eum singit tenuisse. Diccam alibi plura.

Quot formis animos hoīm mutamus: aguntur  
Quo minime credunt: sed nos in sancta vocamus  
Officia: ast alij tardant retinentq; vocatos.  
Ut quando in leui stat ferrea lamina disco  
Si dextra Magneta loces Adamanta sinistra:  
Quo veniat nescit dubitare utrinq; vocato  
Cui faueat cuius magis hortamenta sequatur.

Quot formis animos hoīm. Designat nutu Angelorum:  
mutari mentem hominum: sunt enim animi custodes ut eccl<sup>is</sup>  
Platonici persuadent.

Sed nos in sancta vocamus officia id est i virtutes. Ast alij  
tardant impedirent mali scilicet. Ut quādo in leui polito. stat:  
fer la. Adamas Impedimento est Magneti: ne ferrum trahere  
possit.

G 17

Hesiodus  
Diodor,

Herodo,  
Syllius

## PARTHENICES PRIMAE

Tu voti secura omnem mihi desere curam.

Ibo & perwigili tractanda remeciar arte.

Cura

Tu voti secura id est castitatis o. m. d. curam diligenciam. Cura eo quod cor urat auctor Varro. Ibo & perwig. diligenti: ar Varro. te remediar tempabo.

Vix ea finierat cum fracta nube solutum est  
Corpus & in ventos assumpta recessit imago.

Vix ea finierat: cum fr. nub. solutum est Corpus : assumunt enim speciem corporis ut a nobis videri possint. & in ven. as/ sumpta re. imago id est evanuit.

Tempora velatē tensis ad sidera palmis  
Conuenere nurus pueri t repidæcꝝ puellæ  
Rugosicꝝ senes tremulo pia murmura mento  
Voluere certabant: Superoscꝝ mouere precādo  
Canicie ostensa Diuis & vertice nudo.  
Et tremulis circum lucentes ignibus aras  
Sancta Sacerdotes : albaqꝝ in veste ministri  
Carmina & insigni celebrabant orgia ritu.

Tempora velatē. Quoniam precibus statuere voluntatem  
indagare diuinam: super nupcijs & voto: que res alteri cederet  
ut supra cecinit Poeta: nunc describit conuenisse populum ad  
precandum: & cū tribus diebus feiunio & oracioni vacassent:  
responsum summo Sacerdotum Principi datum est: ut singuli  
qui Parthenices coniugium peterent: virgas in templum po/  
nerent: & cuius virga frondes virentes produceret: huic cede/  
ret Virgo in coniuge.

Nurus

Tempora velatē. Ostendit ritum precium. velatē rectæ:  
tempora id est capita Synecdoche. Conuenere nurus: omnem  
sexum & ætatem conuenisse designat. Nurus iuuenes mulieres  
nuptæ. pueri iuuenes tr. que puellæ: virgines. Rugosicꝝ senes  
tremulo pia murmura id est preces. Voluere certabant id est co/  
tendebant. Canicie: ostensa Diuis id est nudo capite. Et tremu/  
lis circum: & Sacerdotes id est & ministri in alba ueste & san/  
cta celebrabant carmina & orgia festa: insigni ritu preclaro mo/  
re: circum lucentes aras tremulis ignibus. Epitheton ignis tre/  
mor.

LIBFR .II. FOL. XLIII.

Tercia lux aderat postquam vulgata per omnem  
Conciliū concordis erat sentencia turbam.  
Iam labor orantes & diffidencia tardos  
Reddiderant: segni frigebant pectora motu.  
Tum diuina p̄ces mens que nō despicit aequas:  
Ad summū secreta dedit responsa Choragum  
Sacrotum: tenues fugit leuis ille per auras  
Ingressusq; Senis nocturna cubicula somnos  
Abstulit: & tali est aggressus voce pauentem.

Tercia lux aderat. Tres dies preces continuatas cōcordi sen  
tencia designat. Iam labor orantes: tedium & labore fatigati: seg  
nes reddebantur. Tum diuina preces Deus piorum exauditor  
est. Ad summū secreta: dedit responsa. Choragi id est ad sum  
mum Sacerdotum Principem.

Choragus dator & princeps choree: & generaliter pro offi<sup>r</sup> choragus  
cij Principe sumitur: & grēce Χορηγός dicitur & producit  
mediam. Et tenues fugit leuis ille per auras: Ingressus domū  
intelligo Senis Choragi: nec cub. somn. Abstulit & ta. est ag.  
vo. pauentem: trepidantem & timentem de responso.

Sumere Thraicia virgas de fronde Tribules  
Quemq; suam: & ferri sumptas in tēpla iubeto:  
Mane reuertantur: cuius frondere cacumen  
Videris: illius domino coniunge Puellam.  
Hæc ait: & motis abiens euanuit alis.  
Mane Senex sol ante iubar quam tolleret undis:  
Conuocat extemplo Patres missioq; per urbis  
Compita / perq; domos pplm precone coegit.  
Confluxere omnes: campo plebs densa patent  
Vix capitur: surdum spaciofa per atria murmur  
Confusumq; sonat: pede pes & pectore pectus:  
Virq; viro premitur: ceu quom collecta theatro  
Stabat Roma graues simul auditura Tragoedos

G iiii

## PARTHENICES PRIMAE

Sumere Thraicia de fronde id est ex amygdalo. Dicit Thral  
**Phillis.** ciā quoniam Phillis ob amorem Demophontis Thesei si-  
 lī se ex amygdala suspendit: & quia ipsa ex Thracia fuit arbor  
**Thraicia.** ab ea Thracia dicitur. Thraicia autem ab eo quod est thrax  
**Thrax** deducitur habet enim θράξ i iota subscriptum: quae appella-  
 tur dyphthongus impropria: quam si diuiseris θράξ id est  
**Tribulis** thrax dissyllabum dicetur. vnde adiectiuū thraicus & thrai-  
**Cōtribūlū** cus dīcimur. Tribules pro contribulibus ponit. Nam Tri-  
 bules propriæ appellantur qui extra censum sunt a sola Tribu-  
 sic vocati. Contribules autem dicuntur eiusdem Tribus Mar-  
 cialis Nicanus & tremulo vix accienda Tribuli. Quęq;  
 suam. singulas virgas: & fer. sump. in templo iubeto. p̄cipi-  
 to ferri portari in templum. Mane reuertātur idest postera Lu-  
 ce: cuius frond. cacumen id est verticem. Videris: illius virgē  
**Presbyter** domino coniunge Puellam Hæc ait & mo. Marcialis  
 Manes eneā Sacerdos seu proprie Presbyter: noh enim Pres-  
 byter prebens iter interpretatur ut stulti somniant: sed senex  
 seu Senior interpretari debet. Sol ante iubar. q.t.v. e mari solē  
 oriri existimant: & in mare occidere. Coniucat extēmplō id ē  
 statim Virg. Extēmplō Aeneę soluuntur frigore mēbra: mis-  
**Compita:** sōq; per urbis. Compita ubi vię competitunt in urbe: vel alibi. Virgilis;  
**Cōpitalia** Vnde festa compitalia laribus sacrificantes celebrabant. Au-  
**Cogere** tor Varro: p̄ q̄ do po. p̄cone coegit id est in unum colle-  
 git. Cice. tuscula quę li. primo Cœlū hoc i quo nubes imbrē-  
 q̄ coguntur. Terēcius in Heauto. Quali talēta ad quindecim  
 coegi. Cōfluxere omnes campo. p. don. Tumultum & mur-  
 mur populi designat. Ceu collecta theatro: per compacionē  
**Theatrū:** sicut olim Rom. po. in theatra conueniens ad spectacula Tra-  
 gedorum. Theatrum spectaculum potest interpretari: & fue-  
 re aedificia seu machine in speciem Hernicycli edificat: in qui-  
 bus po. Ro. ludos spectabat: scēnicos. frontem enim quę ve-  
 lut corda inter arcus cornua patebat scēnam appellabant: quę  
 binis & sepe pluribus contignacionib⁹ constabat. Mansurū  
 theatrum Pompeius magnus primum Romę struxit. Corne.  
 Tacito teste. Caligula Imperator absoluīt Suetonio auctore. Varro  
**Ampithe** Amphiteatrum ex duobus theatris constat: ut id quod Rome-  
 atrum: iuxta templum Pacis Vespasiani Colosseum vocant a Nero/  
 nis Colosso: Scēna causa ex eo ortum habuit: ut Comiti Tra-  
 gicis & ceteri Poete in his sua recitarent poemata. Tragici  
**Tragedia** Poetę qui Tragedias scribunt. Est autem Tragoedia heroicę  
 fortune in aduersis comprehensio: auctore Diomedē: a tragos Cicer. Corn. Ta-  
citus Suetōius Diomedē

LIBER II. FO. XLV.

& oda dicta: quoniam olim auctoribus tragicis Τρύγος id ē hircus premium cantus preponebat: qui liberalibus: die festo Libero patri ob hoc ipsum imolabatur: quia ut ait Varro depascunt vitem: & Horacius in arte Poetica Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Virg. Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Ceditur. Alij putant a se Tragediam dicit: quam græci quidam Τρύγα appellant: quoniam personis nondum inuentis talis fabulas peruncti ora sociibus agitabant. Horacius. Sic ignotum tragice genus inuenisse causa moenē Dicitur: & plaustris vexisse poemata Thespis: Quæ canerent agerentq; peruncti sociis ora Diomedes auctor.

Sicut Roma collecta theatro: stabat simul auditura graues  
id est tristes Tragoedios: nam constat Tragoedia tristibus re-  
bus: continet enim luctus exilia & cedes Regum Heroicq;. Tri-  
sticia namq; Tragoedie proprium. Ideoq; Euripides petente  
Archelao rege: ut de se Tragediam scriberet: abnuit. ac pre-  
tus est: ne accideret aliquid Archelao Tragordie propriu: ostē-  
dens nihil aliud esse Tragoediam q; miseriarum comprehen-  
sionem. Diomedes auctor.

Conuentu senior Patrum stipante Sacerdos  
Exiit: & tandem populo diuina silenti  
Iussa aperit: didicitq; Tribum: iussitq; solutos  
Connubio acciri: virgiscq; in templo relatis  
Vota precesq; iterat. magicis componere qdam  
Philtra beneficijs: Circeaq; carmina & herbis  
Phasidibus voluere nouas inducere frondes.

Conuentu senior. Designat sacerdotem nunciasse Contrit  
bulibus diuinam mentem: didicitq; Tribum ex eadem enim  
Tribu coniuges sumebant ut est in Lege Moysi. Iussitq; solu  
tos Cōnubio acciri. i. aduocari: virginsq; in templo relatis: Vo  
ta precepsq; iterant: ingeminant. magicis componere quidam  
Philtra veneficijs. Inducit Agabum prophetam cuius memi  
nit Lucas in actibus Apostolor; qui prophetabat famem fu  
turam in diebus Claudi Imperatoris. & dicit Poeta noster hūc  
magicis artibus attentasse virgē suę inducere frondes: mul  
tosq; similia fecisse. huic autem demonem responsum dedisse:  
quid occultum agi cum Parthenice: nec rem demonibus no  
tam fore. Philtrum græcum est vocabulū & dici potest ama Philtrum  
torium: & est veneni genus amorem inducens seu pocius insa

## PARTHENICES PRIMAE

niam. Quidius. Philtra nocent animis: vimq; furoris habent. Quidius  
Iuue. Hic Thessala vendit Philtra quibus valeat mentem ve/  
xare mariti. Magicam artem fraudulentissimam in toto ter-  
rarum orbe pluribus saeculis valuisse scribit Plinius. Natam  
